Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Et si iniuriant: non in parvis sed in magnis iniuriantur
Secunda vero fortuna dictorum mores habet secundum partes
Ad has enim tendunt: que secunda videntur fortuna con=
tingere et ad hec proborum liberorum procreatione corpor(e)
quoque bona secunda contingunt fortuna Superbi ergo
magis et minus rationales propter secundam fortuna(m)
sunt quarius mos melior hanc fortuna(m) unus sequitur
Sunt enim erga deum pii: afficiuntur que quodam modo ad
ipsum propter bona que sibi a fortuna prebentur credentes
De moribus igitur etatum et fortune dictum est Contraria
enim horum ex contrariis manifesta sunt veluti pauperum: in-
fortunatorum: ac impotentis mores etc. Quod sunt quedam
in omnibus generibus communia Capitulum 18

Verum quoniam probabilis orationis usus ad iudi-
cium spectat: nam que iam scimus ac iudicavimus:
nulla egent amplius oratione: at quoniam et si
quis cum suadeat: ad unum oratione utatur: ut admo
nentes aut hortantes faciunt: nichilominus ille unus
iudex est: nam cui persuadendum est: is ut simpliciter
dicam iudex est: et sive ad litigantes sive ad causam
quispiam dicat: simpliciter: uti namque oratione necesse est.
et contraria evertere ad que tamquam in adversarium
facit orationem: eodemque modo in demonstrativis: nam ad
spectantem oratio quasi ad iudicem componitur: at uni-
versaliter solus ut simpliciter iudex: qui in civili certamine
quesita iudicat: nam et de quibus litigant: et de quibus consul-
tant: omnia quomodo se habeant inquiritur: quoniamque de civi-
tatum moribus dictum iam prius est in deliberativo: ut deter-
minatum iam sit quo pacto et quibus moratam orationem facieque:
et quoniam alius quidam in unoquoque orationis genere finis
erat: at de omnibus opiniones: propositiones que sumpte sint:
ex quibus deliberantes: demonstrantes: litigantes: fidem fa-
ciunt: et ad hec quoniam ex quibus moratam affectamque orationem
facere impossibile sit determinatum est: restat iam ut de communibus